illegitime causam sine intermissione prosequatur interea tamen rei iudi-
catæ pareat neque executioni ulterius in bonis suis non autem persona sese
per se aut submissas personas opponat alioquin ipso facto omne proro-
gationis eius sibi concessæ beneficium amissurus esset executioque in
personam etiam ipsius secundum legem præscriptum extenderetur Quod
omnibus quorum interest præsertim vero Capitaneis nostris locorum quo-
rumuis notum esse volumus Mandamus ut has prorogationis nostræ literas
semel de iure semel in Acta sua Castren inscribi et præconis voce
publicari faciant eamque et ipsi obseruent et ab alijs obseruari curent
secus pro gratia nostra non facturi In cuius rei fidem etc

Contubernium

Sigismundus etc Significamus etc

Oblatas nobis esse nomine totius contubernij sartorum oppidi nostri
Wysogrod literas papyreas sigillo officij consularis Wysogroden
munitas certos articulos ad bonum ordinem contubernij præfati ser-
uien in se continen salubres omnique suspicione vacuas, supplica-
tumque nobis esset ut eas atque adeo prædictos articulos authorita-
te nostra Regia approbare et confirmare dignaremur earum vero
tenor talis erat Actum in Prætorio etc Nos itaque sup-
plicationi prædictæ annuentes literas præinsertas omniaque in his
contenta approbandas et confirmandas esse duximus approbamusque
confirmamus per præsentes decernimusque eas vim et robur perpe-
tuæ firmitatis habere debere quatenus iuri communi non repugnant.

Priuilegium Typographi

Sigismundus etc Significamus etc

Quod cum intellexissemus Famatum N etc Ciuem et Typographum
N induxisse in animum ut Promptuarium statutorum et Constitu-
tionum Regni nostri quod Generosus Paulus Szczerbicz Secretarius
nostrorum Notarius non sine insigni labore et diligentia confecit
in vsum nostrorum hominum Typis excuderet Faciendum nobis es-
se existimauimus ut hoc ipsius propositum non tantum collau-
daremus sed etiam promoueremus præsertim quod videremus hoc i-
dem promptuarium hominibus et suas lites habentibus et in foro
versan Iudiciaque exercen non mediocrem vtilitatem esse allaturum
Itaque præfato Typographo præsentium nostrarum literarum
vigore cauemus nequis a tempore edicti et promulgati Prom-
ptuarij statutorum et Constitutionum Regni præter consensum